

JUS
ECCLESIASTICUM
UNIVERSUM.



JUS
ECCLESIASTICUM
UNIVERSUM,

BREVI METHODO AD DISCENTIUM
UTILITATEM
explicatum,

SEU

LUCUBRATIONES
CANONICÆ,
IN QVINQVE LIBROS

PREDECRETALIIUM GREGORII IX.

Pont. Max.

In quibus præcipuæ, quæ tum in Theoria, tum in Praxi occurrunt,
difficultates solvuntur, allatis etiam contrâ sentientium fundamentis, & horum solutionibus.

AUTHORE

R. P. FRANCISCO
SCHMALZGRUEBER,
SOCIETATIS JESU,

SS. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore, horumque antehac
in Alma, & Electorali Universitate Ingolstadiana Professore Ordini-
nario, & Primario, nunc Episcopalis Universitatis Dilinganzæ Cancellario.

EDITIO SECUNDA.

Cui adjecta de novo est

*Coela Libraria & Collegii
& la Comp. & Tho & Salam.*

INTRODUCTIO AD JUS CANONICUM,

SEU

DISSERTATIO PROŒMIALIS.

Accedunt

Ad singulos Tomos duo distincti Indices, unus Titulorum initio
Operis, alter rerum, & verborum notabilium in calce ejusdem.

Cum Privilegio Sac. Ces. Majestatis Speciali, & Facultate Superiorum.

INGOLSTADII,

Sumptibus JOANNIS ANDRÆE de la HAYE, Bibliopœe Acad.

Anno M DCC XXVIII,

Bibliotheca Regij Collegij Salmanticensis Soc. Jesu.

EMINENTISSIMO
ET
REVERENDISSIMO DOMINO,
DOMINO
JOANNI
BAPTISTÆ
S. R. E. TITULO SANCTI STEPHANI
IN COELIO MONTE PRESBYTERO
CARDINALI
PTOLOMEO.

Author Operis Felicitatem.

E Rubesceret ad splendorem Sacre purpure Tuæ Eminentissime Domine, Libellus hic meus, hujusque Majestate perterritus, cum quatuor Sociis suis, quorum unus comes ad Te pergit, tres reliqui adhuc sub prælo sudant, ultro ad eas, quas obscuritas eorum meretur, se tenebrasse condemnaret, nisi hoc ipsum, quod abstergere eundem debebat, animos ei fecisset, ut Tuo sub Nomine in lucem prodiret publicam. Nota eidem est summa sua exilitas, nota obscuritas: hinc cum domestici decoris nihil in se esse conspiceret, aliunde emendicare sibi splendorem debuit, ut dignè compareret in publico. Sed unde illum, nisi, à Te, Eminentissime Domine, cujus, cum adhuc Germanico Collegio cum potestate Rectoris præesses, tanta in me Bonitas fuit, ut non tantum labores, conatusque meos, pro Litterarie Republice commodo qualitercunque susceptos, benignè approbares, sed etiam, quod singularis Tuæ demissionis effectus fuit, gratiam me apud Te summam initurum profitereris, si eorundem conatum meorum Exemplar Tibi transmitterem? Ecce illud! quod Clarissimo Nomini Tuo tantum consecratum volo.

INTRODUCTIO

Ad

JUS CANONICUM UNIVERSUM,

Seu

DISSERTATIO PROÆMIALIS.

Antequam ipsam Juris Sacri, quam meditor, Explanationem exordiar, non abs re facturum me æstimo, si aliquantisper consistens in limine, & Doctorum, quam in alijs Scientijs explicandis tenent, methodum imitatus, toti huic Operi Prolegomena quædam præfixero, atque in his de Juris origine, progressu, natura, varietate, autoritate &c. pauca aliqua disseruero, cum & Ulpiani sit monitum, quodd Juris operam daturam prius nosse oporteat, unde nomen Juris descendat, ut habetur l. *Juri* i. ff. de *J. & J.* Hinc Juris Interpretes hortatur Gajus l. *facturus* i. ff. de *Orig. Jur.* ut ad suum exemplum præfationem explanationi præmittant; nam si in foro, inquit, causas dicentibus, nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione factâ, Judici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omissis initijs, atque origine non repetita, illotis, ut ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare? & hoc non absque ratione; nam Præfationes libentius nos ad propositæ materiæ lectionem inducunt, & eam eò ventum est, evidentiorẽ præstant intellectum. Ut verò clariùs procedam in hoc negotio, totam Dissertationem in suos §. §. dividam. Sit ergo

§. I.

*De Etymologia Juris, & Justitiæ, diversa eorum acceptione,
& generali divisione.*

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Vocis Jus varie derivaciones. 2. Quænam ex his præferenda? 3. Diverse acceptiones istius Vocis: pro eo, quod justum est. 4. Pro loco, in quo Jus redditur. 5. Pro Sententia Judicis. 6. Pro morali facultate agendi, vel omittendi, aut obligandi alterum ad aliquid agendum, vel omittendum. 7. Pro Scientia Jurium. 8. Pro Lege, vel Canone. 9. Diverse acceptiones Justitiæ. 10. Hujus Definitio. 11. Species ei subjectæ. 12. Descriptio Justitiæ Commutativæ. 13. Officium Justitiæ Distributivæ, & hujus à priore differentia. 14. Officium Justitiæ Legalis, & ejus differentia à Justitiâ Commutativâ, Obedientiâ, | <p align="center">& Pietate in Patriam.</p> <ol style="list-style-type: none"> 15. Officium, & Differentia Justitiæ Vindicativæ. 16. Diverse Juris divisio. 17. 18. Justit duplex acceptio. 19. Quid sit Jus Activum, & Passivum? 20. Activi divisio in Jus Proprietatis, & Jus Jurisdictionis: ubi etiam definitur Jus Proprietatis. 21. Definitio Jus Jurisdictionis. 22. Requisita ad acquirendum Jus Proprietatis. 23. Divisio istius in Jus Reale. 24. Personale. 25. Et Mixtum. 26. Differentiarum Jurium inter se invicem. 27. Requisita, ut quis habere dicatur Jus reale. 28. Corollaria quedam. |
|--|--|